



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

**Scientia Salvts, Sive Considerationes Piæ, Præcipuam  
Spiritualis Vitæ Materiam complectens**

**Laberhittel, Samuel**

**Ingolstadii, 1660**

277. feria 5. de Humilitate.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-59837](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-59837)

*Feria 4. Domin. 15. post Pentecost. 491*  
laudamus, & datâ opportunitate pro possi-  
bilitate remunerare decernimus.

*Conf. 2. Incitamenta. 1. Ingrati sunt viles, abjecti, abominabiles, sui amantes. Quis reddit mala pro bono, non recedet malum de domo ejus. Prov. 17. Iudeos nihil æquè perdidit, atque ingratitude, inquit D. Chrysoſtom: Hom. 27. in Matth. cap. 8. 2. Gratitude majoribus beneficijs animos parat. 3. Apud Deum, & homines in pretio est, ille beneficos vult honorare. Et fecit Christus ab initio vitæ usque ad mortem, in Cruce grato latroni bene faciens.*

*Conf. 3. Actiones ejus. 1. Beneficium non negare, non dissimulare, non oblivisci, sed agnoscere, magnificare, memoriâ retinere. 2. Beneficium & benefactorem laudare, & opportunè publicè prædicare. 3. Amare benefactorem, & ei gratias agere. 4. Beneficium honore, reverentiâ, æqualibus, vel etiam majoribus beneficijs cõpensare. 5. Sine spe remunerationis gratum & beneficium esse in benefactores.*

MEDITATIO CCLXXVII.

*Feria 5. Domin. 15. post Pentecost.*

*De Humilitate.*

**A**spiciam Dominum IESUM invitantem  
universum orbem ad imitandam Hu-

X 6

mitate



492 *Feria 5 Domi 15. post Pentecost.*  
militatem suam: *Discite à me, quia mitis sum,*  
& *humilis corde.* Petam eum imitari.

*Conf. 1.* Humilitas est virtus, quâ quis verissime sui cognitione vilescit sibi ipsi, vel modestiâ excellentiæ appetitum reprimens.

*Conf. 2.* Incitamenta 1. Cognitio sui, & Dei, quam habentes desipiunt, si non humiliantur. 2. *Fundamentum sanctitatis, semper fuit humilitas,* Ait S. Cyprianus sermon. de Nativ. Domini. Humilitas fundamentum virtutum, veritas vitæ, pax animæ, despectio terrenorum. 3. Exemplum Christi, quâ Dei humilis, quâ homini omnia sua Patri referenti: Elegit Matrem humillimam venturus in mundum. Elegit esse tributarius Cæsaris. Nascitur humillimè. In Circumcisione accipit signum peccatoris. Subest perfectè Iosepho. Baptismo poenitentiae baptizatur. Agit cum publicanis. Vetat prohiberi parvulos venire ad se. Gratias agit, quòd parvulis revelatum sit Regnum Dei. Fugit in montem solus, quia innumeri sunt amatores propriæ excellentiæ. fugiuntque tantùm coronam spineam. Lavat pedes suis. Postponitur Barrabæ. Affigitur Cruci inter medios latrones, sententiâ mortis priùs humillimè exceptâ. Descendit per se ad inferos, Domitor Luciferi, nihil tam vile, ad quod non descendit pro salute nostra, & exemplo Humilitatis.  
fugâ



*Feria 5. Domin. 15. post Pentecost. 493*  
fugâ se pe, cùm aliter posset, se servavit, ju-  
bet bona opera celare, quod ipse in se ex-  
pressit, silentium de se imperando, modestè  
de se loquebatur, filium hominis se nomi-  
nans, Doctores interrogans, rogavit Petrum  
cum navicula à terra recedere paululum,  
passus se tentari à Diabolo, quæ major erat  
in vita, quàm si Rex à mancipio suo ad in-  
dignissima sollicitaretur. De qua D. IESVS  
humilitate totâ vita exercitatâ exclamat,  
D. Augustinus in cap. 6. Ioann. *Quid superbis  
homo, saltem imitare humilem Deum!*

*Conf. 3. Actiones. 1. Se ipsum agnoscere,  
& dona, sive naturalia, sive supernaturalia  
Dei profiteri. 2. Se ipsum despicerè, & sibi de  
seipso diffidere. 3. Se ipsum reputare Dei  
donis indignum. 4. Non cupere ab alijs ma-  
gni aestimari, honorari, laudari, sed hæc in  
Deum referre. 5. Desiderare contemni, & ni-  
hili haberi, nisi aliud officium proximi ædi-  
ficatio, aut Dei honor requirat. 6. Proprios  
defectus detegere ad vilitatem. 7. Hono-  
rem vitare, & inevitabilem dolere. 8. Cen-  
sere se omnibus viliozem, secundùm ea, quæ  
ex se habet, in alijs verò divina dona esti-  
mare. 9. Subijcere se Deo, tanquam vas  
figulo, ut de illo ad beneplacitum disponat  
in tempore, & æternitate 10. Subijcere se  
Præsidibus propter Deum, & ab ijs guber-*  
*nari.*

*nari.*



494 *Feria 6. Domin. 15. post Pentecost.*  
nari. 11. In externis functionibus, quantum  
in se est, abjectiora complecti. 12. Se ipsum  
in conspectu Dei, & hominum tanquam fo-  
tens cadaver reputare, quod omnes fugiant,  
& horreant. Deprecabor meam superbiam,  
& jactantiam, dolebo causam esse me tan-  
tae humiliationis Christo. Petam Dominum  
meum ex toto imitari. Juxta definitionem  
Humilitatis à S. Ignatio. factam B. Mariae  
Magdalenae de Pazzis. *Humilitas est conti-  
nua cognitio sui non esse, & continuum gau-  
dium in omnibus illis rebus, quae possunt indu-  
cere nostrum contemptum.*

MEDITATIO CCLXXVIII.

*Feria 6. Domin. 15. post Pentecost.*

*De Iustitia.*

**A**spiciam Dominum IESUM perfectentem  
voluntatem in ordine ad alios, de qua  
frustra tentatus fuit à petentibus vestigal  
dicens: *da eis pro me, & te.* Matth. 17. Pe-  
tam eum imitari.

*Conf. 1.* Iustitia est virtus voluntatis, quae  
tribuit cuique, quod suum est.

*Conf. 2.* Incitamenta 1. natura, quae corpus  
rectum homini dedit, ut ex corpore iustitiae  
rectitudinis hominem admoneret. 2. Iusti-  
tia voluntatem Dei implemus; *Indicabo tibi  
ô homo, &c.* apud Michæam. 3. Dominus, cui  
placere